Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

R. Fulgebat in uenerando. EVG. A. Gloriosa sanctissimi sollempnia Gregorii toto corde catholica suscipiat ecclesia cuius doctrina aurea per mundi splendet clymata quam meritis et precibus Christo commendet quesumus. Invitat. Ad dominum uigiles cuncti conuertite mentes Gregorium uigilem celi qui uexit ad arcem. I. N. A. Gregorius ortus rome ex senatorum sanguine fulsit mundo uelut gemma auro super addita dum preclarior preclaris hic accessit adtauis. A. Lineam sui generis factis et dictis extulit bibens in pueritia quod ructuauit postea. A. Adherebat moralibus seniorum relatibus quos tenaci memorie non cessabat committere. A. Gregorius ut creditur diuinitus sic dicitur qui sibi et ecclesie uigilauit catholice. A. Studiis liberalibus nulli secundus habitus pretor urbanus extitit adolescens spectabilis. A. Iam ab adolescentia diuina fretus gratia anhelare non desiit ad regnum uite perpetis. V. Iustum d.

Gregorius urbe romana patre Gordiano matre Siluia editus. non solum spectabili senatorum prosapia. uerum etiam religiosam duxit originem. Nam felix istius apostolice sedis antistes. uir magne uirtutis. et ecclesie Christi gloria. eius attauus fuit. Sed tamen hanc Gregorius tante nobilitatis lineam moribus extulit. probis actibus decorauit. R. Fulgebat in uenerando duplex decus Gregorio senatoria dignitas secundum genus seculi uoluntaria paupertas iuxta preceptum domini. V. Beatus uir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis. Iuxta.

Denique ut post in propatulo claruit. non sine magno quodam presagio tale sortitus est nomen. Gregorius namque ex greco eloquio in nostra lingua uigilator. seu uigilantius sonat. Re et enim uera uigilauit sibi. dum diuinis inherendo preceptis laudabiliter uixit. Vigilauit et fidelibus populis. dum doctrine affluentis ingenio. eis quo tramite celestia scanderent patefecit. R. Mutato et enim seculari habitu beatus Gregorius monasterium petiit et ex huius mundi naufragio nudus euasit. V. Qui ante serico et gemmis micantibus ornatus processit post uili tectus tegmine pauper ipse pauperibus ministrabat. Et exhuius.

Disciplinis itaque liberalibus hoc est. gramatica. rethorica. dialetica. ita a pueritia est institutus. ut quamuis ibi eo tempore potissimum florerent studia litterarum. nulli in urbe hac putaretur esse secundus. Inerat enim ei in parua adhuc etate maturum iam studium. adherere scilicet